

premissorum evidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum \varnothing rabro Anno dominj MCCXC^o quinto pridie non. marcij.

1127.

1295 d. 6 Mars.

Sigtuna.

JOHAN ENGELS förskrifning på några gårdar till Ärkebiskopsbordet i Upsala såsom pant för erhållne 2 läster spannemål, värde 10 mark penningar.

A. 6. a. 2. 17.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Cum a discreto viro domino olawo canonico vpsalensi procuratorj bonorum dominj, N. archiepiscopi vpsalensis mutuo receperim duas lestars annone pro decem marchis denariorum & pro dicte pecunie solutione posuerim in pignore sex denarios, & vnam oram terre in sundusum iuxta fløtasvnd predictam terram relinquo, & resigno plenarie predicto venerabili patri domino, N. archiepiscopo vpsalensi et insuper dimidiam oram terre jn vra in parochia thigibili addo, & predicto modo relinquo in predicte solutionis complementum, jn cuius rei testimonium quia sigillum proprium non habeo, sigilla religiosorum virorum fratrum predicatorum conuentus sictoniensis, & ffratris israelis lectoris ibidem, et comunitatis sictoniensis ad meam instanciam presentibus sunt appensa, Cum autem proprium sigillum habuero ipso presentes litteras sigillabo, Datum sictonie, anno dominj, M^o, CC^o. Nonagesimo Quinto, tertia dominica quadragesime.

Sigillen N:o 1, 2, mycket skadade; N:o 3 bortfallet.

1128

1295 d. 6 Mars.

JOHAN ENGELS förskrifning på Hamundastad till Ärke-Biskopsbordet i Upsala, såsom pant för erhållna 2 läster spannemål, värde 30 mark gängse mynt.

A. 6. a. 2. 18.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES dictus ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod ego anno dominj, M^o, CC^o, Nonagesimo Quinto, recepi a venerabili viro Magistro andree preposito vpsalensi yconomomo bonorum episcopalium duas lestars annone pro triginta Marchis den. vsualis monete per manus discretorum virorum dominorum, Olawi, & Mathie canonicorum vpsalensium, pro quibus triginta duabus Marchis den. inignoravi decem solidos terre in hamundastadum jta quod si predictum predium per me. vel per fratrem meum dominum karolum canonicum vpsalensem. vel per nepotes